Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



31

dn̄i ouationem meam assumsit. Crebrescit dem sententiae repetitio. Non qua
sinamur necessitatem. sed affectum ex ultimis ostendit; sicenim loquigau
dentes solent. Ut nobis sufficiat semel enuntiare quod gaudent; iste fructus ē
illius gemitus in quo laboratur et illarum lacrimarum quib: lauatur lectus et
stratum rigatur; qm̄ qui seminat in lacrimis in gaudio metet; et beati lugentes
qm̄ ipsi consolabuntur. Erubescant et conturbentur omnes inimici mei; dis
cedite a me dixit superius. quod etiam in hac uita sicut expositum ē fieri potest; qd
autem dicit erubescant et conturbentur. Non uideo quemadmodum euenire pos
sit. Nisi illo die cum manifesta fuerint iustorum premia et supplicia peccatorū.
Nam nunc usq: adeo non erubescunt impii. ut nobis insultare non desinant; et plerūq:
tantum ualeant in risione: suis. ut infirmos homines de xpi nomine erubescere
faciant; unde dictum ē. Quisquis me erubuerit coram hominib: erubescam eum coram
patre meo; Iam uero quisquis sublimia illa precepta implere uoluerit. ut disp
get de pauperib: quo iustitia eius maneat in aeternum. Omnib: q suis reb: tenis
uendatis et indigentib: erogatis xpm̄ sequi uoluerit dicens: Nihil intulimus in hunc
mundum uerum nec auferre possumus. Uictum et tegumentum habentes. his con
tentisumus. Incidit in istorum sacrilegam dicacitatem et abeis qui sani nolunt
uocatur insanus; et sepe ne hoc uocetur a despectis hominib: trepidat facere.
et differt quo omnium fidelissimus et potentissimus medicus impetrauit; Non
ergo nunc ista possunt erubescere quib: ne nos erubescamus. Optandum ē et ap
posito tanere ut ne uocemur uel impediamur. uel retardemur; sed uenit etem
pus ut illi erubescant dicentes. ut scriptum ē; hi sunt quos aliquando habuimus
in risum et in similitudinem in opprobrio; Nos insensati uitam illorum aestimabamus
insaniam. et finem illorum sine honore; Quomodo computati sunt in filios dei.
et inter scos sors illorum. ē; Ergo erraui mus a uia ueritatis. et iustitiae lumen
non luxit nobis. et sol non ē ortus nobis; Repletisumus iniquitatis uia et pdi
tionis. et ambulauimus solitudines difficiles. Uiam autem dni ignorauimus.
quid nobis profuit superbia aut quid diuitarum iactatio contulit nobis. Transierē
omnia illa tanquam umbra; Quod autē aut conuertantur et confundantur.
Quis non iudicet eē iustissimam poenam ut conuersionem ad confusionem
habeant quia salutem habere noluerunt; deinde addit. ualde uelociter.
Cum enim iam desperari coepit iudicii dies cum dixerint pax. tunc eis re
pentinus ueniet interitus. Quando cumq: autem uenerit celerrime uenit
quod desperatur eē uenturum. et longitudinem uitae huius non facit
sentiri nisi per uiuendi. Nam nihil uidetur eē celerius quam quidquid
in ea iam praeteritum ē. Cum ergo iudicii dies uenerit. tunc sentient peccatores